

Ad quem locum notat Cardinalis Baronius : *Gen-  
trudim hanc diem suum obiisse Anno 664. & in Sar-  
ctarum classem ex Decreto Honorii Papæ tertii rela-  
tam.*

4. S. VINCENTII martyris.

*De quo M. R. ad VIII. Kal. Septembr.*

*Hic primo sub Commodo Imperatore in equuleo leva-  
tus, nervis quoque distentus, ac deinde fustibus cæsus  
est, flammis circa ejus latera appositis, & cum in lau-  
de Christi fidelissime permaneret, plumbatis usque ad  
emissionem spiritus mactatus est.*

5. S. MARCIANI martyris.

*M. R. XVI. Marcianorum facit mentionem.*

6. S. ADELHEIDIS de FELSA.

*Fuit hæc Imperatoris Ottonis, qui Magdeburg. &  
Quedlinburg. fundavit, vidua, quam M. R. non ha-  
bet.*

7. S. CYRIACI martyris.

*Hujus nominis M. R. numerat XIII.*

8. De reliquiis HERMETHIS.

*An ejus, qui Pauli tempore vixit & ab eodem sa-  
lutatur Rom. c. ultimo v. 14. an alterius cujusdam Her-  
methis & quidem unius ex sex, quorum meminit M.  
R? incertum.*

9. S. JANUARI.

*Hujus nominis Sanctos XV, nominat M. R.*

10. S. STEPHANI.

An